

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PROBIT

Premium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. $7\frac{1}{2}$.

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. $7\frac{1}{2}$.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis Lib. o.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA **IN ANGLIA**

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud BURNS AND OATES

and more little birds and

VARSIAE POLONORUM LONDON W.
Bekannts. Pol. in Groß-Britannien.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sedis Anact et S. Petri — C. — T.

S. Sedis, Apostol et S. Rituum Congr. Typogr.
NEW YORK **CINCINNATI**

IN GERMANIA

IN GERMANY

AND ENGLAND.

Sedis Apost. et S. Rituum C.

IN CANADA

IN CANADA

RERUM INDEX

AD LEONEM PP. XIII NONAGESIMUM SECUNDUM AETATIS ANNUM EX- PLENTEM VI NON. MARTIAS A. MCMII
OPERARIORUM DOMUS APUD AUSTRIACOS ET BELGAS
DE MULIERIBUS AEQUANDIS VIRO IN OMNIBUS DISCIPLINIS
TERTULLIANEA. De coronarum usu apud Christianos
NIC. MACHIAVELLI SENTENTIAE Latine reddidit ANGELI QUOS PINXIT MELOZZZUS a FORO LIVII
DE LUNA
NAPOLEON I ET MUSICA
FABULAE SELECTAE FONTANII a IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE.
IN PROSPECTU VITA PAR SAECULO
DE MINUCII FELICIS « OCTAVIO »
SOCIORUM ANIMADVERSIONES
ANNALES
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS
AENIGMATA.

A. Bartoli.
 Demophilus.
 G. P.
 I. Marra.
 C. Dehò.
 Laelius.
 M. Lani.
 P. d. V.
 Fr. Xav. Reu
 H.D.V. Pieral
 A. Sordet.
 I. Tasset.
 Poplicola.
 Scriba.
 Fr. Palata.

COMMENTARII "VOX URBIS,,

SOCIIS ET LECTORIBUS

IN ANNUM MCMII

V. mā

DE LITTERIS ET BONIS ARTEBVS

VOX

NONA

MA

IT

SI

ASP

SUN

DEN

SOL

TUG

MAC

O

QUADRIENNIO iam assueti, diebus hisce redeuntibus quotannis et facta respeximus, et facienda promisimus; illa ut ostenderemus nos religiose fidem servasse, haec ut iucundiora sociis nostris pollieeremur. Nullum quippe mortale opus est, quod ipso in exordio undequaque perfectum sit atque expolitum, ipsaque signa Mironis, affabre quamvis conflata, polientis minima limae labore et mora indigebant.

Itaque commentario nostro unusquisque annus plura attulit emolumenta, sive amplificanda indicaret, sive minuenda ostenderet, sive nova inducenda suaderet, sive penitus exterminanda monstraret. Qua quidem in re magni fuit nobis opera soeiorum, qui vel missis epistolis, vel communicatis ore consiliis, vel datis elueubratiobibus undique gentium nonnulla emendarunt, plura auxerunt, plurima perfecerunt. Nos autem dociles gratique tantis viris laeti accipiebamus quae mittebantur, et morem gerebamus eruditis, quorum nominibus quasi totidem stellis commentarius noster coruseat, et, audientes dicto in meliora conantium, in meliora pariter nitebamur. Ita coniunctis viribus, factum est ut ex nostratis atque exteris nemo nobis crimen impegerit, quasi promissa dedissemus, quae non ad unguem praestitissemus.

Nunc itaque quae erunt futura perspicimus laeto animo tempora, praecipuum quasi indicantes callem, per quem proximo anno gradiemur. Meta quidem una est, incrementum latinitatis; quam tamen in metu, non una sternitur via. Nos neque superbe tenuisse magnis itineribus propositum finem, neque semitas creasse confitemur, contenti exiguo calle, quem ab ipso commentarii exordio inivimus. Cui quidem nec spinae, nec sentes defuerunt; sed propositi tenax animus, sed conscientia boni, sed gratia vestra, o socii, sed labor assiduus omnia viceunt, ita ut quasi e collis apice superata spatia resipientes, non quidem ab ipso condito commentario, sed ab iis, quae superioris anni initium signarunt, laetari liceat et fructus uberes, et iucundissimos visu flores percepisse una eum laude sapientum.

Enimvero elabente iam anno auctus est commentarius figuris, elueubratiobibus, nitidioribus literarum notis; auctus non mediocriter scriptorum numerus, quos inter magno eum gaudio accensuimus viros litterarum fama clarissimos. Accessit scriptorum centuria, quibus calidus iuventa sanguis fervet, et spes arridet, et est praesaga boni voluntas. Iamque hisce

sunt fortia bello

Pectora, sunt animi, promptaque ad fortia vires;

ac tempus erit, quo non inter triarios modo, sed et inter primipilos, ducesque versentur. Igitur spes magna arridet fore ut, hisce adeuntibus, et alios atque alios allicientibus, messis uberrima crescat, et vetus gloria latinitatis tandem aliquando revirescat.

Vos autem maxime, adolescentes, illud ne fugiat, in litteris fieri, quod in aedificiis exstruendis quotidie videtis. Non unius opera, non uno lapide illa exigitur, sed coniunctione plurium; hi enim eaemta comportant, hi lapides, hi arenas, hi fontem, hi lateres, hi trabes, hi tigillo, dum illi saxa scalpis aptant, illi marmora secant, illi varia obeunt munera ut opus exsurgat ad solaria, ad tecta, ad crepidinem, ad fastigium. Ferat unusquisque vestrum quod potest, qui simul omnes omnia potestis; nam unusquisque sua regionis praestabilia novit, quae, si notarit communicabitque, coalesceat opus, et commentarius noster, cui patent omnia litora regionesque omnes orbis terrarum, dominium gentium, quod latina lingua tenet, notitiis undique susceptis, facile praferet ipso in incessu, et in fronte.

Quae igitur monumenta vel sub dio pateant, vel reperiantur effossa, quae industriis, negotiationibus, commerciis terra marique tententur, quae denique in omni genere usui hominum inventa sint, a singulis vobis expectamus, qui non mediocrem honorem apud omnes eritis adepturi ex restituta latinitate, in quam feliciter incubuistis, pelago ratem primi committentes.

Atque haec pars auxili est, quod flagitamus. Nam, si quid gratiae apud socios ac lectores labores nostri meruerunt, illud etiam vehementer petimus, ut qui nomina commentario dederunt, non ipsi modo in proposito content, sed suos inter amicos soeiorum numerum quaerant. Impendia quippe enormia sunt, quibus pares non efficiuntur, nisi societate multorum. His autem largienda futuro anno praemia, eademque more nostro munifica, proposuimus, quae sequuntur.

Compertum est paene omnibus, Florentiae aedificium esse fratrum Alinari proprium, in quo, artificio mirabili «photographica» plurima undique exquisita, exprimuntur. Nos iampridem ab eius officinae dominis libenter concessa usi facultate sumus referendi in imaginibus Commentarii quotquot ex opificio eorum tabulae plenissent; qua quidem potestate intra urbanitatem et non sine magna lectorum delectatione haec tenus usi sumus. Hi autem Alinari fratres, qui tanta felicitate eiusmodi industria potiti sunt, per eamque, parta sibi singulari

scientia lucis, egregiam sui nominis famam uniuersitate gentium divulgavunt, experimentis plurimis patientissime adhibitis, tandem aliquando id sunt consecuti, quod ferme maximum in re videbatur, quomodo tabulis, imaginibus, locis, regionibus aptarent colores eosdem, quibus illa *aut natura, aut arte essent praedita*. Haec, visu sane mirabilia, Florentiae his diebus edidit apta officina, quam A. Pini moderatur, patentque metr. $0,30 \times 0,40$; quod autem super cetera movet est colorum vis, qua non squalentes apparent imagines, sed clarae, vivae, nitentes quasi e manibus egregii artificis prodierint recentissime. En autem tabularum indicem, quas nostris hisce oculis obstupescentes vidimus, quasque sociis comparaturi sumus:

- I. **Pallas Minerva.** — Tabula ALEXANDRI FLIPEPI (vulgo *Botticelli*). Est in regiis aedibus palatii Pitti, Florentiae.
- II. Tabula titulo **Madonnina** auctorem habens RUPERTUM FERRUZZI. In ostentu Venetiis habito an. MDCCXCVII celebratum hoc opus emit servatque Ioannes G. A. Leishman.
- III. **Maria Virgo Mater cum Divino Filiolo.** — Tabula CAROLI DOLCI, in regiis aedibus uti supra asservata.
- IV. **Magdalena.** — Eiusdem DOLCI tabula est in pinacotheca *degli Uffizi*, Florentiae.
- V. **Maria Iesum puerum adorans.** Effinxit ANTONIUS ALLEGRI (vulgo *il Correggio*). In eadem pinacotheca.
- VI. **Idem argumentum quod tractavit PHILIPPUS LIPPI.** Ibidem.

Habebunt ex his pulcherrimis «photoeromias» unam, prouti elegerint, singuli socii, qui, praeter suam subnotationem, *recto tramite ad Aristidem Leonori equitem, commentarii VOX URBIS possessorum et administratorem, Romam, via Alessandrina, 87*, persolutam missamque, novam subnotationem cum eiusdem pretio miserint. Quot autem erunt subnotatores novi, totidem photoeromias iuxta optionem accipiet qui ipsos proeurravit. Qui vero novos subnotatores miserit duos, hic vel duas, quas maluerit, photoeromias eliget, vel tertiam sibi subnotationem nullo pretio.

Proposita haec dona, quae sociis futura grata confidimus, animos addant ad latinitatis causam tuendam, quae optimo cuique est causa humilitatis.

VOX URBIS.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

AD LEONEM PP. XIII

NONAGESIMUM SECUNDUM AETATIS ANNUM EXPLENTEM

VI NON. MARTIAS A. MCMII.

*Magne Leo, primos ultro cui cedit honores**Hunnorum fregit qui pius ore ducem,**Italiae column, famae pars maxima nostrae,**Virtutisque premens nobilitate genus,**Si ruit in sacrum temeraria turba parentem**Et spreto geminat vulnera acerba Deo,**Aspice qui flentes maestis advolvimur aris,**Ne Deus impunes tot sinat ire dies.**Sunt lacrimae rerum, tristique ab origine fessum**Neququam certat tollere Roma caput.**Dentibus Impetas frendens, qui toxica nescis,**Te petit, ac odiis carpitur ipsa suis:**Sol intorquentes fallit sua spicula Guebros;**Ruptis candidior nubibus axe nitet.**Tuque manes rigidum velut haud motura cacumen**Turris, quae nullo verbere pulsa labat.**Macte animo: insani feriant sive litora fluctus,**Ecce redit spoliis aucta carina novis:**Otia pontus agit; varias fert navita gentes**Unus, et adridens trabs secat una salum!*

ALAFRIDUS BARTOLI.

OPERARIORUM DOMUS

APUD AUSTRIACOS ET BELGAS.

Qui in Austria legibus ferendis praesunt, hi, a Germanis fratribus prorsus dissentientes, operariorum domus ut certa lege aedificarentur iam ab an. MDCCXCII edixere. Id tamen timido gressu susceptum cautumque; iis enim qui horum domorum auctores essent, una haec facilitas tributa fuit, ut per annos aliquot nullis publicis tributis pressi eas locarent; neque id libere omnino, immo certis condicionibus subiectum, quibus singulis in casibus esset providendum. Hae spectant domorum destinationem, ut solis opificibus domus condantur; spectant aedificantium personam sive municipia fuerint, sive sodalicia, vel instituta publicae utilitatis causa collegia; spectant denique aedium salubritatem, magnitudinem, pretium.

At melius quidem Belgae censuerunt, qui quarto abhinc anno lata lege plerisque Europae gentibus his in cavendis negotiis praestitere. Quae antequam vulgaretur, sodaliciis nonnullis tum Bruxellis, tum Antwerpiae, tum Gandavi conditis plerumque faverat legislator, ut aptae domus opificibus paterent. Quoniam vero iis temporibus nonnullae Belgarum provinciae motae ob plebis egestatem seditione flagrabant, ipsorum divitum opera interposita est, qui dominibus opificium aedificantis praesto essent, advigilarent, faciliusque sodaliciis ad rem coactis efficerent, ut alienam pecuniam commodius mutuari possent, cum mixta cautio his pro negotiis ultro daretur. Divites legatos qui in rem incumbant aut magistratus eligunt, aut provinciarum curiales coetus advocant, legeque ad suum obeundum munus obstringuntur. Qui quidem, cum manus rei apposuerint, publica quodammodo auctoritate polent, et magistratus veluti personam gerunt, iuraque imperii mixti certa quaedam sibi propria habent. Huiusmodi est consilium, ut sodalicia ad exstruendas domus coacta licentiam ab ipso petant, si cupiant saltem legitimis privilegiis frui; quod facere pariter ii tenentur argentarii, qui mensas argentarias constituant, ut nec opinatis necessitatibus subveniant, vel ut pecunias suas exstruentibus domus ultro praestent.

Tributorum immunitates dividuntur inter domorum occupantes et exstructores. Opifices a



nominis famam un-
experimentis plu-
t, tandem aliquando
me maximum in re
imaginibus, locis,
eosdem, quibus illa
praedita. Haec, visu
s diebus edidit apta
deratur, patentque
utem super cetera
non squalentes ap-
ae, vivae, nitentes
tificis prodierint re-
arum indicem, quas
entes vidimus, quas-
us:

ALEXANDRI FI-
. Est in regiis aedi-
entiae.
auctorem habens
ostentu Venetiis
VII celebratum hoc
nes G. A. Leishman.
m Divino Filiolo.
i, in regiis aedibus

DOLCI tabula est
ffizi, Florentiae.
adorans. Effinxit
go il Correggio). In

uod tractavit PHI-
errimus « photoero-
t, singuli socii, qui,
n, recto tramite ad
commentarii VOX
ministratorem, Ro-
persolutam missam-
cum eiusdem pretio
subnotatores novi,
optionem accipiet
o novos subnotato-
as, quas maluerit,
am sibi subnotatio-

sociis futura grata
latinitatis causam
ne est causa huma-

VOX URBIS.

provinciae suae vettigibus solvuntur passim, quibus singuli obligantur; cetera autem publica vettigalia imminuta sibi sentiunt: sodalicia vero cum ad rem convenerint, non tantum verbis, sed et opere, et auctoritate iuvantur, et interdum publicae usque pecuniae auxilio.

Ut autem pecunia in publicis argentariis mensis privatorum parsimonia et prudentia collecta pro plebis necessitatibus impendatur, eam placuit exiguo foenore sodaliciis istis mutuandam ultra esse, prouti Paulus Leroy-Beaulieu aequo sane iudicio ab anno usque MDCCCLXXXII monuerat. Quare lege permisum est huiusmodi mensis, ut, si vades exstent iisque satis certi ditesque, suorum nummorum copiam pro opificeum domibus exstruendis tuto faciant, dum tamen coetus advigilantium seu censorum ratam rem ante habuerit.

Quae omnia, sive singillatim inquirantur, sive expendantur simul, quidquid optimum prorsus continent, quod constitui in re proposita posset. Auctae itaque in dies sodalitates, quae ad dominus operarias exstruendas manus apponenter, aueta argentaria acerva, quibus a « praevidentia » nomen est, ut novis ausibus omni ope faverent in opificium levamen. Quis enim neget Belgas in hac re reliquis nationibus longe antecellere?

DEMOPHILUS.

DE MULIERIBUS AEQUANDIS VIRO IN OMNIBUS DISCIPLINIS.

QUAE de mulieribus in superiore numero scripsimus, duo nobis apud lectores acquisiisse putamus: I^o adversus feminas nos iniquum animum et atrocem non gerere: II^o quem debeamus veritatis causa, illis honorem non reequare. Itaque admoventes manus eluebrationibus, quas promisimus, et quas duobus, vel tribus tantummodo numeris perficere speramus, etsi magnum stet eorum aequor arandum, nihil omnino dicendum eredimus circa iustitiam et veritatem, quibus unice in hisce tractandis ute-
mur. At ne quis ignoret ordinem, quem sequemur, et quam contingere metam optamus, duo praenotamus amplissima, quibus haeremus. Primo enim neque huic, neque illi sententiae subseribentes, ut omnem tractationis campum occupemus, scrutandum credimus quid commune esse possit eum alia, vel alia disciplina mulieribus. Ridiculum quippe omnino esset equo elittellas dromedarii vel camelopardalis imponere.

Tu nihil invita dicas, faciasre Minerra;
monet Horatius, et ubi de sareina sermo sit, diu considerare, et pensare oportet

Quid valeant humeri, quid ferre recusent.

Secundo autem quaeremus quibusnam mulieribus indoles et muliebre corpus, et muliebris habitus disciplinis tum inter artes, tum inter disciplinas possint esse idonea, apta, opportuna. Perpensis hisce, strata ad concludendum est via, sive in negandis erit, sive in concedendis.

At quisque lector iam tenet penes nos nullam esse propositam tuendam sententiam, quam per fas nefasque vindicare cavillationibus omnibus velimus. « Non omnia possumus omnes », monet poëta; si hoc de viris nemo quin recte præscriptum sit dubitat, quanto magis de muliere, et vehementius, et rectius? Quoniam igitur ex facto oritur ius, si ius sit ad laborem, habeant feminae quod iura facto illis adserunt; sin autem facta illis hoc ius recusarint, quae dementia erit in illis ea querere, quae natura negarit iura, in nobis ea illis velle trahere, quae levitas feminea non sustinet, quae capitum angustiae non capiunt, quae eorū mulierē horret ac refugit?

Sine ira et studio rem aggredimur, dum præiudicialis quaestio suapte exoritur graviore expendenda consilio, stylo exprimenda graviore. Viro daturne mulier aequa, compar, et socia; an minor, et quasi commendata potentior? Si primum, par pari nihil debet, ergo libera mulier a quavis potestate viri: vir igitur tyrannidem faciet, si mulierem ad labores impulserit, quibus ipse nutriatur ab illa. Sin alterum, honor onere, honore onus tutelae rependendum est; atque ideo mulierem vir, qui caput eius est, enutrit, alet, fovebit, atque tuebitur; nec interest utrum uxor, an mater, soror, an filia, an consanguinea, an ancilla fuerit; quod mulier sit, unum sufficit. Haec, quasi seholastico acinace usi cominus, edimus. At mulier tanta dignitas et reverentia est, ut eam propemodum immortalibus aequet diis; quid enim matre augustius, uxore carius, sorore sanctius, avia et amita venerabilius si Numen in terris exceperis? Iudicabis ergo, lector, desperatissimi philosophi belluinanam sententiam, quae mulieres definiebat dimidium humani generis impendio, labore, caede alterius dimidii vivens!... Haecce in perniciem familiarum nostra tempora retulerunt? Quisnam aequo animo haec de matre, de uxore, de filiabus, de sororibus suis tolerabit?

Attamen haec omnia reducit, qui aequat mulierem in laboribus viro, sive labores huiusmodi si sint, quibus apud silvestres barbarosque Africæ, Americae et Asiae populos feminæ damnantur forma humanae, officio deteriores asellis; sive in intellectu simul atque opere præsumantur, prouti habeantur si mulieres mediceæ, artificeæ, causidiceæ, litteratae, et reliquis imbutæ disciplinis optentur. Qui mulieres captiosis eruditionis verbis inebriant, non elevant, sed ad ingum et servitutem inducent.

At nobis, qui Christiani sumus, qui Evangelio attendimus, quasi lucernæ ardenti in caliginoso loco, melior et certior indieandi via patet. Iubet enim nos Apostolus mulieri parecere tamquam infirmiori vaseulo; iubet Christus in illas obsequium veluti in animas, quies patet eaelum, quae nobiscum peregrinantur in terris aeternam felicitatem in eaelo aliquando virtutibus adepturæ; iubent sacrae litteræ denique memorare illa verba creantis Dei, qui mulierem dum homini condidit (et futura tamen videbat): « Faciamus, — dixit —, adiutorium viro, illi simile»: simile. inquam, non aequum: longe enim et quam longissime paritas a similitudine distat. Itaque sociam, non parem fecit, auxiliatricem in laboribus ferendis, non aemulam

constituit, dixitque homini: « In sudore vultus tui comedes panem », mulieri nihil huiusmodi dixit, atque ideo a durissimis laboribus exemit; unice huic, quod pareret in dolore filios, et viro subiiceretur. Hinc qui mulieri libertatem præferunt, illi mihi videntur feminae offerre quod antea perdidit, scilicet aequaliter cum viro societatem et parem; at ne scia reverti Numinis vox improbum urget eonamen, quippe nec dolores parturientis auferunt, nec praepotentiam viri destruunt, nec paritatem virum, ingenii, mentis, consilii reddunt misellis. Quibus eum haec desint, pronus et quotidianus in servitutem casus, atque hic eo durior et atrocius, quo magis viro erit femina laboribus utilior suis. Si vero, quod experientia probamus, minor quam utilis femina sperato fuerit, rixæ, despctus, mala verba, ruinae. Seimus enim mulieres optimas, quantumvis optimas, altaque præditas mente, anima due, voluntate auxiliantibus atque intellectu, eo potuisse, ut maximum sibi patriaeque suae nomen, et maximas opes ferme in artibus singulis comparaverint.

Age iam: quot habuit Graecia vates eximios? Sexcentos. Dabis pro tot umam Sapphonem, quae non Homero, non Pindaro, non Euripidi, non Sophoeli, non Aeschylo comparanda est; longissime distat. Vix Alcaeo compar habetur, ac tamen candide confitetur Ovidius non aequaliter:

*Nec magis Alcaeus, consors patriaeque, lyraeque,
Laudis habet, quamvis grandius ille sonet.*

Numquid in Latinis Faleoniam Probam cum Vergilio, Statio, Lucano, Horatio, Lucretio, Terentio, Claudiano comparabitis, quae centum et ultra gradibus Sidonio Apollinari et Prudentio, quin etiam Damaso inferior est? Et nos, qui tot habemus poetrias italico carmine insignes, numquid hae Allighero, Petrarchae, Areosto, Tasso, Metastasio, Alfierio, Montio bellum utile inferent? Qui tot habemus illustres pictura, sculptura, musica feminas, edemus ne nomen ab iis, quod Raphaeli, Bonarrotio, Iulio Romano, Leonardo, Signorellio, Della-Porta, Canovae, Titiano, Fracassino, Murillo, Rygierio, Berninio, et sexcentis post hosce comparetur? Quaenam ausa est opus, quod a longe saltem sequeretur Paisiellum, Cimarosam, Pergulensem, Palestrinam, Rossinium, Bellinum, Donizettium, Mereadantem, Raimondium, Pacenium, Ponchiellum, Petrellam, Verdium? Si medicos exquisieris annales, vix invenies idoneam docendo in athenaeo aliquo. Die idem in iure: dic in mathesi et in reliquis. Atque hic ego affirmo ac teneo, quos illae olim suscepunt honores, bono iure tenuisse, bono certamine suscepisse, atque illud corde toto detestor, quod invidis Corillae titulis monumento que adseripit:

Gloria parta genis, partaque luminibus.

Delatores horreo apertos, opertos indices, non minus ac detractores apoeriphos. At illud semper exstabat, mulieres in artibus ingenuis, non minus ac in litteris, sapientioribusque disciplinis, etsi tamquam prodigiales et portentosas habitas, numquam tamen vel mediocres viros aequasse. Quaesito, undenam hoc? Ex instinctu dicam, ex indole, ex ipso feminei cor-

poris tempore
nemo non
tibus, ex on
fit ut mulie
supergraditu
beatur, gaudi

Quemadmo
ei, muti, elat
non ideo tal
surdis, claudi
viri omnes,
disciplinisque
merentur, ide
aptæ ad has
ponendus eri
saepissime in

Quid ergo
elucubrationis
cemos, quae
viam relinqui
teris, sive dis
potiantur op
currant. Hoc
caveant ne d
diorum impa
temerarias de
moriturae po
surae magna
atque amicar

Quod ad m
lenta perire
rare quia mi
autem ita ex
illae, iudicio
auxilio ullo, d
haec refero q
vidi, nec ult
si numero ma

Arcendaene
athenaeis? Se
præceps tanta

TE

De corona

Quicunque
stianis reiectu
hoe in primis
idololatria ori
sentientem ii
eredam hanc u
tionis causam
vere ut dicam,
lianu attingit,
tuos coronand
consecrationis,
sermonem inst

Nonne aut
lianeo ore loq
debat, tamen e
pristinorum sa
Christo deprehe

Atqui null
quippe quae

(1) Cf. num. su

ini: « In sudore mulieri nihil durissimis labo- od pareret in dor- ur. Hinc qui mul- lli mihi videntur perdidit, scilicet et parem; at ne- probum urget co- turientis auferunt, sunt, nec parita- consili reddunt desint, pronus et s, atque hic eo du- o erit femina labo- l experientia pro- pina sperato fuerit, tinae. Scimus enim is optimas, alta- duce, voluntate eo potuisse, ut suae nomen, et us singulis com-

nia vates eximos? nam Sapphem, caro, non Euripidi, comparanda est; compar habetur, Ovidius non ae-

triaeque, lyraeque, ius ille sonet.

niam Probam cum atio, Lucretio, Te- is, quae centum pollinari et Pru- inferior est? Et s italico carmine rierio, Petrarchae, fierio, Montio bel- habemus illustres minas, edemus ne Bonarrotio, Iulio lio, Della-Porta, Murillo, Rygierio, posce comparetur? a longe saltem osam, Pergulen- Bellinum, Do- mondium, Paci- n, Verdium? Si vix invenies id quo. Die idem in quis. Atque hic ae olim suscep- sis, bono certa- rde toto detestor, s monumentoque

e luminibus.

tos indices, non os. At illud sem- artibus ingenuis, entioribusque di- fiales et porten- a vel mediocrem nam hoc? Ex pso feminici cor-

poris temperamento, quod quidem quanti sit nemo non videt, ex infirmitatibus adventan- bus, ex omnibus hisce simul coniunctis, quo fit ut mulier huiusmodi, quae sexus proprii supergraditur vires, tamquam prodigium ha- beatur, gaudeatque *viris concurrere virgo*.

Quemadmodum itaque, rari etsi ferantur cae- ci, muti, claudi, surdi, imbecilles, inter viros, non ideo tales dicimur, paresque imbecillibus, surdis, claudi, mutisque caecisque existimamur viri omnes, ita, quamvis insignes in scientia disciplinique optimis nonnullae feminae enum- erentur, ideo minime dicendae erunt omnes aptae ad has artes et disciplinas, nec illis im- ponendus erit labor, cui delicatissimum corpus saepissime impar est.

Quid ergo dicemus, quasi retia primae huius elucubrationis nostrae trahentes ad navim? Di- cemus, quae apparent: liberam esse puellis viam relinquendam; siquae studiis, siquae literis, sive disciplinis inhabet, sequantur indolem, potiantur optato tramite, currant, et feliciter currant. Hoc ominamur; parentes vero sedulo caveant ne delicateulas, ne labori improbo stu- diorum impares, inconsultas illae, imprudentes, temerarias dent manus, desertae viribus in via moriturae potius, quam regressurae, et recessurae magna cum ignominia condiscipulorum atque amicarunt!

Quod ad me attinet, plures ex hisce vidi lenta perire tabe; duas sibi mortem compa- rare quia minores in certamine habitae; omnes autem ita exsangues, ita macie confectas, ut illae, iudicio meo, nec sibi, nec suis, nec aliis auxilio alio, dum viverent, esse possent. Iamque haec refero quae sex ferme per annos in scholis vidi, nec ultra quam triginta in puellis. Quid si numero mares fere quingentos aequassent?

Arcendaene igitur omnes a gymnasiis, ab athenaeis? Sequenti videbimus numero; nec praeeeps tanta in re iudicium fiat.

G. P.

TERTULLIANEA⁽¹⁾

De coronarum usu apud Christianos.⁽²⁾

II. De coronarum usu apud Christianos.

Quicumque adhuc coronarum usum a Christianis reiectum attigerunt hand sane dubitarunt hoc in primis adfirmare, morem illum ab idolatria originem traxisse, ac me scilicet ad- sentientem ii omnes habebunt; sed non ita ut credam hanc unam Tertullianae illius indignationis causam fuisse; quin immo idolatriam, vere ut dicam, strictim ac tum praesertim Tertullianus attingit, quum, occasione abrepta, de mortuos coronandi apud ethnios usu deque cultu consecrationis, quae secunda idolatria erat (2), sermonem instituit.

Nonne autem multa ab eis prolata, ut Tertulliano ore loquar, (3), quos saeculum deos cre- debat, tamen et in Christianorum usibus, et in pristinorum sanctorum, et in Dei rebus, et in ipso Christo deprehendi possunt?

Atqui nullus in ea Tertulliani stomachus, quippe quae neque extranea neque contraria

(1) Cf. num. sup. — (2) *De Cor.*, X. — (3) *De Cor.*, VIII.

Christianorum disciplinae viderentur; nam « di- cimus, — ait Tertullianus — ea demum et nostris et superioribus usibus et Dei rebus, et ipsi Christo competisse, quae meras utilitates et certa subsidia et honesta solatia necessariis (necessitatibus) vitae humanae procurant, ut ab ipso Deo inspirata credantur, priore prospectore et instructore et oblectatore, si forte, hominis sui; quae vero hunc ordinem excesserunt, ea non convenire usibus nostris » (1). Quibus quidem ex verbis ea demum, ut opinor, erui potest prima Tertulliane fervoris et causa et origo; immo vero supra relatum locum qui studiosius legerit facile et ipse id persuasum habebit, inexpiable illud coronarum odium cum Tertulliani ingenio ac moribus cumque Christianorum disciplina con- gruere. Brevi ut dicam, coronae scilicet, vivis floribus quomodocumque capiti nexae, rigidum, austernum Tertulliani in primis offendebant animum, utpote cum ornamenti tantum — minus ad honestatem modestiamque christianam accommodati — officio fungerentur, neque meras utilitates aut certa subsidia, aut honesta solatia necessariis (necessitatibus) vitae humanae pro- curarent. Ornamentum dixi; et in memoriam nunc revoca, lector, Tertullianum ipsum duos conserpsisse *De cultu femininarum* libros, quibus cum id agat, ut intelligent Christiani fru- stra se curare et colere corpus, quod omnibus momentis pro Christo perditum velint aut velle debeant, tum etiam omne genus ornamenta non tantum non appetenda Christianis, verum etiam exsecranda hie illie demonstrat.

Quae eum ita sint, eius loci rationem intel- legere poteris, in quo Septimi non modo cor- onis vivis floribus, sed etiam, christiana ini- nus disciplina, quovis coronarum genere Chri- stianis interdicit: « Et urgemur a communione naturalis disciplinae converti ad proprietatem Christianae totam iam defendendam per ceteras quoque species coronarum, quae aliis usibus prospectae videntur, ut aliis substantiis structae, ne, quia non ex floribus constant, quorum usum natura signavit, ut ipsa haec laurea militaris, non credantur admittere sectae interdictionem, quia evaserint naturae praescriptionem » (2).

Corona denique in numero erat, ex Tertulliani sententia, « irrationalium utensilium », neque aliud in capite, feminarum praesertim, erat nisi formae lena, summae lasciviae nota, extrema negatio verecundiae, conflatio inlece- brae (3). Accedit etiam quod coronam Christiani capite gestantes, et « mirto et olea et inlustri aliqua fronde et centenariis quoque rosis de horto Midae lectis » (4) innexam, iniuria contumeliaque Christum afficiebant, cuius tem- pora corona spinis tribulisque foedaverat.

Ex quo suspicari licet Tertullianum Christianorum usui eam vindicasse Christi coronam, quae tamen numquam in Dei rebus fuit, utpote cum Romanorum militum fuerit commen- tum, quamque populus Dei nec publicae um- quam laetitiae nec ingenitae luxuriae nomine admisit (5); at, verum si loqui volumus, et hoc coronarum genus — ne reprehensionis, fortasse, ansam aliquam adversarii haberent — Septimi damnasse videtur, qui mavult Christi fi- deles in Christi conspectum sese nudo capite

ostendant; quam ob rem nulla interposita mora: « Serva Deo — pergit — rem suam (h. e. caput) intaminatam. Ille eam, si volet, coronabit. Immo et vult denique, invitat. Qui vicerit, in- quid, dabo ei coronam vitae » (1).

Nunc autem, animadverte, lector, quam alienum, immo prorsus supervacaneum sit in qua- stionem vocare num Tertullianus usum unum damnaverit gestandi capite coronam, ceterisque coronarum usibus indulserit. Qua quidem de re rerum Septimianarum studiosum quemdam ab hinc annos duos breviter disceptasse comperi (2). Sed, cum bona venia clarissimi viri, haud prospere ei rem cessisse vel inde credo, quod, quae congregat argumenta ad sententiam confirmandan Tertullianum ceteris indulsisse coronarum usibus, ea vel omnia, vel pleraque ex Tertulliani ipsius silentio tantum hausisse videtur. Quod si animum parumper ad eos adverteris Tertulliani locos quos afferit criticus, quique eius sententiam fulcire videantur, facile eum ex praeindicata opinione ductum esse fatebis- ris. Ut ut res se habet, hoc in primis mihi per- suasum est, Tertullianum quemvis damnaturum fuisse coronarum usum, nisi totum ad id, quod animo intenderat, perficiendum sese convertis- set, deque Christianis laureatis tantum disse- rere animum induxisset. His enim verbis rem suam Septimi circumscriptisse videtur: « At nunc quatenus et illud opponunt: Ubi autem prohibemur coronari? haec magis localem sub- stantiam causae praesentis aggrediar, ut et qui ex sollicitudine ignorantiae quaerunt instruan- tur, et qui in defensionem delicti (sc. corona- rum usus) contendunt, revincantur, ipsi vel ma- xime Christiani laureati, quibus id solum quae- stio est, etc. » (3).

(Ad proximum numerum).

JOSEPHUS MARRA.

NICOLAI MACHIAVELLI SENTENTIAE

DE CORRUPTA CIVITATE VARIA.

▲ In corrupta republica societas nulla, nullaque inter- cives amicitia intercedit: excipias quos scelerum pungit conscientia.

▲ Extincto religionis cultu et Dei timore, iusiurandum et data fides aequae servantur atque prosunt: his autem quisque utitur, quo facilius possit decipere; et eo maiori laude et gloria effertur, quo tutius rem conse- quatur. Idcirco exitiosi homines uti sollentes pro- bantur, optimus quisque veluti insipiens ludibrio ha- betur.

▲ Magna in moribus adsit modestia. Quod alterum taedet, vel fieri vel dici nefas est. Erga maiores reverentia, cum aequalibus modestia, cum inferioribus benevolentia adhibenda est: quae omnia omnium ani- mos devincunt.

▲ Populi locupletes sunt dum pauperum more vitam ducunt, et nemo quod deest, at quisque perpendit quod sibi necesse est.

▲ Item dum pecuniam domo effiri negant, contenti iis rebus vivere quas fert regio, et contra iugiter pe- cuniam ad eas importent exteri acquirendo res manu- eorum confectas, vel alio addatari.

▲ Provinciae, quae pecunia atque ordine florent, stant imperii vis et columen.

Latine redditit C. DEHÖ.

(1) *De Cor.*, XV. — (2) Cir. Com. cui titulus *Civiltà Catto- tica*, ser. XVII, vol. VII, 10 agosto 1899. — (3) *De Cor.*, I.



Angeli quos pinxit Melozzus a Foro Livii.

ANGELI QUOS PINXIT MELOZZUS A FORO LIVII.

NULLUM ferme eiusque gentis pictorem in caelestium reddendis adspectibus adeo valuisse crediderim, ut frater ille Ioannes Faesulanus, Dominei Sancti in agmen cooptatus, qui iure meruit angelicus cognomine appellari. Non enim laus illi tanta reddi potest humanis labiis, quae sit digna pictore rerum caelestium tam alto tantaque praedito sanctitate, nisi forte cum dixerimus illum ea quae raptus extra sensus vidisset divino recreatus flamme tabulis reddidisse.

Angelicum itaque hunc frustra a quovis, insigni licet pictore, in effingendis quae caelorum sunt superatum dixeris, eiusque aemulos paucos quidem inveneris, qui, tanta laetitia colorum tantaque suavitate, nunciorum Dei facies pulcherrimas expresserint. Horum tamen unum si deceat iure recolere, ille quidem fuit Melozzus a Foro Livii, qui aequalis paene Faesulano exstitit, eaque saepe pingenda sibi suscepit, quibus iam ille sibi deus haud peritum comparaverat.

Utrumque vero equis docuit quo fulgore renidet caelestium facies, quantaque pulchritudine indueretur? Hominum primum, qui angelos viderit, Abraham fuisse e sacris libris cognovimus, cum in convalle Mambre sederet «in otio tabernaeuli sui» (1). Nihil tamen in iis extra ordinem praefulsisse appareat, neque Abraham innotuisse eorum supernam naturam quam afflante intus divina prophetiae voce. Id enim unum legimus: «Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum». Quodsi tantum adspectu angeli cognosci potuissent, haud quidem eorum sponzionibus Sara uxor imprudens risisset. Apparuerunt deinde

angeli Isaiae atque Iacob; sed eorum effingendi faciem auctor primus ipse fuit Deus, cum Moysi imperavit ut cherubim duos fabrefaceret, qui arcæ testamenti apponenterentur. Deus immo auctor fuit quoque qui angelorum imaginibus alas suaderet appendi, uti legitur in *Exodo* (c. XX): «Duos quoque cherubim aureos et productiles facies ex utraque parte oraculi: cherubim unus in latere uno, et alter in altero. Utrumque latus propitiatorii tegant expandentes alas, et operientes oraculum, respiciantque se mutuo versis vultibus in propitiatorium quo operienda est area». Magistrum itaque tantae reddendae pulchritudinis Deum ipsum habemus: mox per longa saecula nullam iam amplius angelorum faciem suo arbitrio conficent Hebrei. Redeunt vero angeli post Christianae diffusionem doctrinæ; redeunt rudes quidem primum atque inepti, quousque renascente paullatim, Italo sub caelo, pectoria arte, Faesulanus ille apparuit, qui ostendit, uti diximus, quanta arte ostensae sibi caelestes pulchritudines humanis oculis representarentur. Melozzus noster autem ludentes angelos plerumque finxit, quorum aliquot specimenis gratia heic damus, longum inter agmen similium asservatos in parietibus sacrarii Vaticanæ Basiliceæ. Flava coma renident, quam, solis ad instar, auratum splendorum iubar praecingit: caelestia quisque canit, at variis musicis organis cantum moderatur; alius fidibus, alius cithara, alius symphonia, alius denique tympano.

Quae vultuum suavitas, quae mollities, quae praestantia! Nonne Melozzus et ipse suis figuris ita valuit, ut intuentibus vehemens desiderium excitaret dulcissimorum cantum, quos angeli reaperte coram Deo concinere credimus?

LAElius.

In re mala animo si bono utare, adiurat.

PLAUT. Capt.

DE LUNA.

LUNA proximum est nobis astrum, maximeque frequentibus mutationibus percussus oculos, unde illud in proverbii celebre: «Stultus ut luna mutatur»; neque umquam aut usquam fuisse credo, qui serenis aestatis noctibus argenteum orbem illum quieta luce quaenam ab alto rorantem non sit contemplatus. Seimus contra poetis et amatoribus lunam fuisse quid amicum, quid sanctum; seimus inesse radiis eius aliquid suave et blandum humano cordi, humano intellectui dulce loquens et ineffabile verbum; seimus immo, sit venia dicenti, nescio quid eius lumini esse, quod eversarum urbium ruinis, quod cypressis illicibusque funereis consonet, quasi commiseratione aliqua et pietate infinita; quapropter Longinus, celeberrimus ille rhetor, hanc appellare non dubitavit ruinarum astrum. Num quia et illa, veluti coemeterium ingens, desolata gradiens per aetheria spatia, et nulla ridens vita, campos morte et desolatione silentes amare videatur?

Quidquid est, ubi primum «telescopia» in usu esse cooperunt, lunæ facies labore assiduo quæsa est ab astronomis, in chartis depicta, nominibusque propriis distinctæ fuere regiones. Tum ex iis, quae in illa apparebant, arcana, quæ oculus non potest attingere, quamvis armatus, deducere conati sunt viri ingenio et scientia pollentes, atque in ea devenerunt, quibus et argueretur quomodo primum luna constituerit, et quomodo aliquando penitus interitura sit, labentibus non dicam saeculis, sed millenniis.


Plures hinc opiniones, pluresque hypotheses, quibus campus disputationis occupatur omnis; at hæc in duo veluti præcipua seinduntur capita, quae, cum diverso inter se principio prorsus orientant, diversum pariter attingunt finem. Sunt qui Deum ponunt omnia temperantem, præ-

sentem singulis, non
destrui, vel immi-
Hicce ergo senten-
creantis opus esse
scribitur enim in
est: «Ordinatione
omnia serviant ti-
giorum auctor tan-
potens operi suo
tiam dare, hoc ve-
rum? Omne opus
sui potentiae et sa-
tissimum, omnipot-
Deum decet operi
creata donec Cre-
iuxta illud: «Now
exspectamus, in q
non destruentur; p
digentur in nihilu
philosophicae theo-
gumentis muniunt
piunt, quae gravis
torum cogitatione

Est autem aliis
auctore Laplace,
Deo, vel creante,
et ostendere omni-
interitura. Omnis
est, cuius funda-
serit, quod leges
exsisterent atque
athomica essent, q
Equis autem leg-
Vel «mens soluta
concretione mortal-
ipsa motu praedita
retulimus.

At iuvat ea refe-
cipio, inquit, q
reum inane, plen-
Moveri singulae co-

(1) *Genes.*, c. XVIII.



Angeli quos pinxit Melozzus a Foro Livii.

sentem singulis, neque tolerantem aliena iniuria destrui, vel imminui, quae semel aedificaverit. Hisce ergo sententia est divinum omnipotentiae creantis opus esse perpetuum atque immortale; scribitur enim in libro, qui numquam mentitus est: «Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi». Ceterum equis horologiorum auctor tam rudis esset ac demens, qui potens operi suo immortalitatem et indeficiantiam dare, hoc vellet esse cadueum et peritum? Omne opus testimonium perhibet auctoris sui potentiae et sapientiae donec exstat. Sapientissimum, omnipotentem aeternumque auctorem Deum decet operum aeternitas. Exstabant ergo creata donec Creator; mutabuntur in melius iuxta illud: «Novum caelum et novam terram exspectamus, in quibus iustitia inhabitat», sed non destruentur; perficiuntur, sed numquam redigentur in nihilum, unde emerserunt. Neque philosophicae theologiae tantummodo haec argumentis muniunt, sed physicis vallant ac saepiunt, quae gravissima sunt, ac digna eruditorum cogitatione virorum.

«telescopia» in aliis sententia quaedam, quibus, auctore Laplace, pulchrum esset posse carere Deo, vel creante, vel providente ac regente, et ostendere omnia suapte vi coepisse, esse, interitura. Omnis autem rei vis in hypothesi est, cuius fundamentum habetur in illo praesertim, quod leges mathematicae et physicae exsisterent atque vigerent antequam corpora atomica essent, quibus legibus ista oboedirent. Equis autem legum lator harum? Casusne? Vel «mens soluta quaedam, et libera ab omni concretione mortali, cuneta regens et movens, et ipsa motu praedita sempiterno»? Tullii verba retulimus.

At iuvat ea referre, quae isti ediderunt. Principio, inquit, quidquid est nunc hoc aetherum inane, plenum erat pulviseulo exiguo. Moveri singulae coepérunt atomi; motus autem

calorem genuit; e calore conflagratio immanis. Tunc quodcumque est, a centro solaris orbis ad ultimas usque caeli extra Neptunii orbis profunditates, aestuavit, arsit, flammis, luce, electride undique et ubique bacchantibus. Quo factum est ut quidam nuclei corporum, arithmetic distantiā, formarentur, queis mox haesere aethomi conterminae, et praecepiti motu, dum nuclei agitantur, novam cosmici pulveris molem attrahunt, secumque rapiunt. Ita planetae esse coepérunt liquida primum ex aëri-formibus, mox solida e liquefribus facta, disperso per inania spatia calore. Alius segregabatur ab alio, suus cuique orbis; satellites, nempe lunae, sic fuerunt; et dum planetae trahenti soli magno parent, satellitum quisque suo planetae abeunti morem gerit. Itaque monet sol nos quid ante tellus nostra fuerit, parvus nempe sol igneus ultra lunae viam; tellus indicat quid fuerit luna, nempe habitabilis orbis a nostra terra non longe diversus, sua habens maria, fontes et flumina et atmosphaeram, et campes et alpes, et eructantes ignem colles et montes. Luna vero certiores nos facit de fine orbis terrarum, qui sensim, amissō nativo calore, glacie obdurabitur, atmosphaeram una cum aquis amittet, ac demum et ipse viventium germinantiumque omnium sepulcrum perpetuum a sole, obscurato vel iam tenebrescente, circumagetur per sideralia spatia, donec in alium solem pariter obscuratum incurrens incursum magnō novus tune sol emicabit igne, et accendetur una cum planetis et lunis iterum, illaque exordiet iterum conflagrationis lege, qua olim cepit. Quot autem miriades miriadum annorum satis hisce erunt? Vix attingit numerum notis aegra mens hominum, et in ipsa enumeratione fatiscit, ne dicam, refugit horrens.

Iuxta hos igitur luna, quae nunc longe a terra frigescente est magis quam ab initio, quotannis abibit, atque elongabitur; terra autem,

quotidie calorem per aetheria spatia vel disperdens, vel amittens, seignior effecta dies numerabit suos modo horis vigintiquinque, modo triginta, dein quinquaginta, et sic procedens in peius eo deveniet, ut lunam amittat omnino, quae, catenis disruptis, quis noverit?, quasi nexus liberata per caelum novas peregrinationes inibit, datura se praedam vel errabundo planetae, vel captura cometem incurrentem. Fata autem eius haud facilia narratu, quum tot obnoxia futura casibus perspiciantur.

At nos haec tristia libenter non credimus, tum quia in mera hypothesi, utecumque munita, sunt, tum quia lectoribus nostris grave et inamabile spectaculum est caeli ordo senescens et moriens sine gloria. Optabilius, aedopol!, mori conflagratione subita, immensa; complere ignibus caelum, complere ruinis, contonare; ac statim tenebris obrui sempiternis, aeterno tacere silentio. Non credimus, inquam; nisi his temporibus, quae nunc sunt, turpe esset homini talibus non habere fidem, aut saltem ignorare. Ostendimus autem quae cognoscimus, et circa fidem habendam hypothesi cuique, libertatem aliorum veneramur incoludem, nostram incoludem quoque tuemur. Consentiat qui eupierit: liber est; dissentiat qui abhorruerit: liber et ipse!

M. LANI.

NAPOLEON I ET MUSICA

UBI in *Voce Urbis* de musica egimus, facta Napoleonis I mentio est, quem vir ceteroquin eruditus, «musicophobus» tamen, asserebat lymphatis oculis, auribusque, animoque ferri in musicam. Recens repertae Napoleonis litterae contraria penitus docent; ac nos, quos vehementer angebat italicum virum ingenio potentissimum a musica nihilominus abhorre, quae hypotheses, occupatur omnis; a seinduntur causa principio prorsus sunt finem. Sunt perantem, prae-

lubentissime reddimus, quae de hac arte sentiret.

Quum ille annis MDCCXCVI-XCVII in Italia belli causa degeret, Praesides parisiensis athenei, quibus tradendae amplificandaeque suavisionae artis cura erat, epistolas miserunt, ut opera huiusmodi, quae nonnulli ex Italiciis celeberrimis olim seripserant, transcribenda euraret, Parisios mitteret. Hisce ille, postquam dixit se omnia facturum ad unguem, ne musicum athenaeum Gallorum tot optimis careret, sic retulit: « Ceteras inter ingenuas artes musica eminet in educanda inclinandaque populorum voluntate, et magni a legislatore facienda est, sibique mancipanda. Musicum opus virtuti consonum, secunda Minerva conflatum, commovet, et vehementiore vi pollet, quam ethicus liber, qui intellectum quidem evincit, at nostros mores minime immutat ». En dux exercitus, qui iam imperatoris intuetur officia, et vel musicam meditatur adiungere currui victoriarum suarum! Quid autem intelligeret dicens « opus musicale morale », adhuc in tenebris latet, nec facile dabitur invenire.

Attamen sibi constans, in eamdem sententiam seu rediit, sive eidem haesit, ac tenacius haesit, factis quippe firmavit, cum dux Hoche in castris Wetzlar diem obiisset supremum. Nam,

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

XX. — DUO TAURI ET RANA.

Pugnabant tauri duo: saevi causa duelli
Lecta iurensa fuit, ruris et imperium.
Pugnam rana videns, gemit; hoc mirata sororum
Una, coaxando: - « Dic - ait - unde doles? »
Cui prior: - « Hoc nobis bellum mala quanta parabit!
Unus certantum cedet et exsul erit;
Victum vixtor ager procul a vernantibus agris,
Nec calcare solum, pristina regna, sinet.
Ulvus tum profugus petet has, nostrasque paludes
Invadens, pede nos opprimet undicolas.
Actum de ranis: nunc has, nunc obteret illas,
Quo iam cumque gradum bellua dira ferat.
Sie proprio, gens ranarum miseranda, luemus
Exitio, quae nunc bella iurensa moret ».
Nec vanos cecinit viridis Cassandra timores.
E tauris risus vertere terga minor.
Hieque catervatim, vagus hue dum cursat et illuc,
Ranarum populum calce furente necat.
Quidquid delirat tumor ambitioque potentum,
Usque piat damnis turba minuta suis.

XXI. — VESPERTILIO ET MUSTELA.

*Impete praecipiti dum respertilio fertur,
Mustelae in nidum se male cautus agit.
Haec, odio veteri mures exosa, parentem
Involat in praedam, dente guláque minax:
« Quid? tene ante meos oculos, venisse, malignae
Germen - ait - stirpis, quae mea damna cupit?
Die, age, murino nonne es tu sanguine cretus?
Vocibus ambiguis ne mihi vera tege.
Certe, tu nisi mus, ego non mustela salutor ».
« Parcas - captus ait - non mihi tale genus.
Mus ego! ne credas; te mendax lingua fefellit.
Gratia dis, mater mea fecit aven.
Si dubites, alas mihi natas aspicere: virat
Quae, volueris, campos gens secat aethereo!*

mortuo instauraturus funera, ita mon-
icarum rerum scripsit, ne optimae
usicae in funebri ritu desiderarentur,
administer civis, ut notum fas-
s, qui musica pollut Pallade, ac
pina republica degent, tum in re-
me certaminis musicali praemium
aureo numismate libellarum mille
um, illi donandum, qui splendidius
empe funebrem symphoniam ad in-
ripserit ». Paeinius ac Cimarosa se
egarunt: Paisiellus in opus incu-
ioque donatus in praesentiarum,
ad aulae imperialis musicae magi-
sum evectus est.

Praeterea cum Parisiensis urbis praefectus, anno MDCCCV, impedivisset quominus Mozartii opus musicum *Ioannes* in theatro haberetur, Napoleon, certior factus a Fouchè, dari in theatro iussit. Qui cum tune adesse cantui non potuissest, ubi in Germania fuit quo tempore theatrum illa musica personabat, adire voluit, auditique, et laudavit sibi iucundam.

P. d. V.

*Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura,
Pectora mollescunt, asperitasque fugit.*

*Mor tamen alterius ruit inconsultus in antrum
Mustelae, volucrum quae vigil hostis erat.
Hic nova causa metus: captum iam longula truxque
Aucupis, ut volucrem, bucca vorare parat:
- « Me volucrem! tantum procul a me dedecus absit.
Dic, oro: quid avem, quid, nisi pluma, facit?
Murem me peperit mus mater: vivite, mures!*

IN PROSPECTU VITA PAR SAECULO. ⁽¹⁾

At saeculum nuperrime elapsum aliquid sublime dedit atque ab expectatione longius remotum, quo saltem par saeculo vita deducetur. Res eximia nota profecto digna videtur, non modo ex eo quod sit, quam ex eo quod esse possit; adinventiones enim saepe videmus exiguae repente crescere et late porrigitur manus: quo factum est ut ille vapor, quo ad risum prisci utebantur cum cineres et prunas, repente ab oclusa pila fugiens, undequaque disiceret magno cum timore insciorum se calefacientium ad ignes hiemales, nunc sit paene domesticus servus et adlaborator, nec ministerium sit, quod horreat, a curribus vehendis ad pannos texendos, a secandis marmoribus ad montes terebrandos, a lavandis linteis ad chartas ex ligno, palea, linove conficiendas. Quid vero de electride? Haec unice innotuerat, quia confrieatum electrum (*ambra*) ad se paleae frustula chartaeque attrahebat. Sic mille et nonigentis, immo et ultra, delituit annis. Quid nunc? Ancilla pernix facta est, et ad omne opus porrigitur eadem internuncia inter urbes et regiones vel transmarinas, eadem auriga et currus, eadem.... et carnifex. Nostra haec pariter adinventio nunc.

(1) Cfr. num. sup.

- « Non renuemus - ait mater - decadere tecto,
Hinc si trudere vi meque meosque queas ».
Fabula simplicibus proposita nimiumque benignis:
Quae des cumque malis, illa dedisse lues.
Credita periuro bona si repetireris, eheu!
Te lites, pugnae, verbera forte manent.
Da semel huic limen, pede quod rix occupet uno
Mox totam capiet diripiisque domum.

XXIV. — LEO ET CULEX.

- « Cede procul, quem gleba putris coenosaque fudit.
Dedecus aligerum, cede, odiose, procul! »
- In culicem romuisse leo haec convicia fertur.
- Audit probra culex, bellaque saera parat:
- « Anne putas - ait - haec, quae regia nomina iactas.
Curis posse animum sollicitare meum?
Te mole immanni, te vinctit robore taurus,
Qui tamen ad cantus itque reditque meos ».
Talia vix fatus, dat signa sonantibus alis,

*Ipse simul tubicen, dux aciesque sibi.
Nec mora, sese infert campo, tempusque secundum
Captans, invadit colla superba feri.
Insanit quadrupes, rugit, spumam eromit ore,
Scintillasque oculo vibrat utroque, furens.
Agricolae trepidi latitant, habet omnia terror.
Tanti quae motus causa metusque? Culex.
Quo se cumque leo ferat, hunc irata lacessit
Muscula; sexcentis urget, ut umbra, locis.
Nunc tergum iaculo, nunc buccam pungit et aures,
Nunc, veluti latebram, concava naris adit.
Concava naris! Ad haec rabies effrena leonis
Crescit in immensum; gaudet oratque culex;
Gaudet, non ullum dentemque unguemque furentis
Esse ferae, qui non vulnera dira ferat.
Se leo discerpens, cauda diverberat auras
Insontes; cauda tundit utrumque latus.
Caecus anhelantem frangit furor; ac fera tandem,
Viribus exhaustis, plumbea massa, ruit.
Parta laude tumens, discedit musca; triumphos,
Ut pugnam cecinit, sic canit ipsa suos.
Omnia perrottans loca, dum rem vulgat, arachnes
Se temere in laqueos initit, inque necem.
Hinc edisce duo: primum, hosti posse potenti
Hostem rel minimum maxima ferre mala;
Tum, grave qui potuit nuper ritare periculum,
Hunc dein ob causam posse perire levem.*

SAECULO.⁽¹⁾

apsum aliquid suatione longius re-
tul vita deducere
o digna videtur,
nam ex eo quod
m saepe videmus
porrigere manus;
uo ad risum prisci
mas, repente ab
que disiiceret ma-
calefacientium ad
domesticus servus
um sit, quod hor-
pannos texendos,
ontes terebrandos,
ex ligno, palea,
ro de electride?
fricatum electrum
chartaeque attrac-
s, immo et ultra,
neilla pernix facta
titur eadem inter-
nes vel transma-
us, eadem.... et
ad inventio nunc,

decedere tecto,
que queas».
que benignis:
dissimiles.
s, cheu!
manent.

CULEX.

is coenosaque fudit-
procul!»

icia fertur.

era parat:

egia nomina iactas,

meum?

taurus,

que meos».

ibus alis,

e sibi.

pusque secundum

feri.

eromit ore,

furens.

mnia terror.

ue? Culex.

ta lacescit

bra, locis.

pungit et aures,

naris adit.

rena leonis

atque culex;

enre furentis

a ferat.

t auras

e latus.

ac fera tandem,

a, ruit.

a; triumphos,

a suos.

culgat, arachnes

te necem.

osse potenti

tre mala;

e periculum,

re levem.

ut ita dicam, puerascens et vagiens, iamque vires suas, quasi Hercules infans, in serpentes exerens victrix; quid si creverit, si adoleverit, si viguerit, praestabit?

Sed rem omnem explicemus. Insignis vir, cuius nomen aequo scriptum lego Metchikoff, Metchinkoff, et Metchnikoff, dum in schola Parisensi, cui Pasteur praeest, bacteriologicis, quae dicunt, experimentis dat operam, grave animadvertis, sensitque factum, unde spes hominum de producenda vita, non sine causa quidem, erecta sit. Plausu, gaudioque excipere omnes, bene ominari, iam in promptu centum vitae annos habere, spondere pro his, polliceri; quidni? Iamque de accersendo medico agebatur, qui aceitus non de pharmacis eum aegroto, non de agnoscendo morbo, - diagnosim vocant -, ageret, sed hae unice compellatus voce: « da centum vitae annos! » nihil de reliquis curans, phialam thaumaturgam extraheret, atque acu pungens in venas libamen illud vitale immitteret. Acu una, phiala una medicina omnis absolvebatur. Fateor bellissimum hoc esse factu, et gratissimum, praeter haeredes, omnibus auditu, facillimum patratu. Iamque cum viro Metchnikoff, qui rei caput erat, non dicam plures, sed plurimi, sed fere omnes, quot Lutetiae, finitimaque alunt oppida, importune agere, colloquia quaerere, invisere interdiu, seiscitari noctu, tentare, adesse, sive domi staret, sive deambulatum ieret: nulla requies; obruebatur fascibus litterarum.

Sed vir doctus, at meherele et modestus et probus, cum posset magnam sibi congerere pecuniam ex Parisensi illa laude, veritati maluit quam utilitati inservire. Idecio edidit quae hactenus invenit, at dum non tacet, quae posse labore consequi sperat, certis tamen finibus ad inventum ipsum concludit, haud aliter ac si quis, per aspera et praerupta ducens, peregrinum in cacumine Alpis constitut, unde per late patentes planities et oppida iucundum indicit visum, facile et breve spondeat iter, quod restet. Numquid ea videre et spondere idem est ac peragrasse? Ita igitur vir noster ad inventum extenuat modeste suum; at quantum et quanti sit vel ex ipsa attenuatione dignoscitur; nam, etsi extenuatum, ingens, et giganteum restat.

Quod quale sit noseite: Humanum corpus *cellulis*, ita vocant, constat, quae cellulae sunt quaedam exigua, per se viventia singula, vita propria quae dum fruuntur, in ea societate vivunt, corpusque efficiunt, a qua ubi disgregentur, separantur, secentur, amoveantur, misserrime moriuntur. Si vivant, florentque vita omnes, est homini virens florensque vita; si nonnullae corruptantur et moriantur, aegritudo, morbi; mors denique si maxima moriatur pars, vel ea saltem, quae sublimioribus fungatur officiis. Iamque hisce nec neganda fides; at, quod exspectationem superat et percellit, sunt quae Metchnikoff iste detexit; nempe corpus humanum constare cellulis quae stabiles sint, neque loco divellantur suo, ut cerebrum sit semper cerebrum, auris sit aeternum auris, oculus sic et oculus; constare insuper cellulis errabundis, iisque voracissimis, quae sine mora, sine requie quaquaversus circuunt, abeunt, redeunt, perque stabiles cellulas permeant omnia quaerentes, infensae, infestae, inimicæ microbis, bacteriis, et huiusmodi ceteris non exclusis, quae nocere

corpori quomodo cumque possint. Ubi invenerint, arripiunt, vorantque, feroiores satellitibus et apparitoribus nostris, quibus urbium, pagorumque tuemur quietem; hi quidem latrones, latrunculos, sicarios, ebrios corripiunt, sed careeri tradunt, non devorant. Huiusmodi cellulas plauit dicere: « fagocitas ». Horum autem fagocitarum officium, opusque et bella conspicillo magno, quod microscope nuncupant, inclaurit; namque ubi lactis guttulae sub animalis pelle conditae fuerunt, repente fagocitae omnes illo laete oppleti sunt, quippe humore illo alieno sese ingurgitavere, et ita ne corpus fracesceret caverunt; ubi vero inertes particulae, microbiique viventes inieci fuerunt, mox, agmine facto, incurvare, invisos hostes adventantes circumdare, aggredi, occidere, devorare. At non semper eadem fortuna: quippe et microbi et bacteria sunt, qui vel pollutiores fagocitis sunt, vel aliquid virulentum secum ferunt; itaque miserrimi fagocitae modo vorantur, modo occiduntur, et corpora, nullo tuente amplius, cellulæ stabiles nullo tuente, sunt in potestate venientium hostium. Unde morbi, unde mors. Morbi igitur, mors nulla habebitur, si fagocitae isti ita ordinati sint, ita exerciti, ut ad gerenda bella cum hostibus illis essent polluentiores, vel si iis tale ingeri potuerit subsidiū, quo, validiores facti, hostes repellerent, exterminarent. In hoc arenum illud, quo tabum « pus variolæ », a vaccis ablatum et pueris insertum, eos ab Arabica illa liberat iue. Fagocita ad bellum gerendum in illos microbos assuevit; ubi ergo adventet, artem vincendi callens occidit. At sunt fagocitae nequam, quos iuvat aggredi cellulas, quae sunt stabiles, ac vorare. Hoc ne fiat, cavendum. Omnis ergo medicinae labor aut unam, aut alteram terat viam necesse est; nempe aut macrofagos hosce fagocitas attenuare, aut bonos fagocitas erigere. Difficilis prima via, nam fortasse una hostes et amici pereunt; facilior altera: scimus quippe venena esse nonnulla, uti digitalis purpurea, uti arsenicum... Quid ultra? Inducto in venas veneno, epieratice tamen aphtam epizooticam Baccellius noster non exterminat? Eequod et hoc arenum, quod Sansoniæ aenigma olet: « A morte vita? » Animadvertis lectores: argumentum enim maximæ pretii est omnibus.....

H. DE VECCHI PIERALICE.

DE MINUCHI FELICIS "OCTAVIO,"⁽¹⁾

OSUS suam responcionem Octavius, veracium, ut loquitur, verborum flumine conviciorum labem confidit se esse diluturum. Nihil vero antiquius habet quam ut illud a Caecilio insolentius dictum redarguat: nemini umquam concedi posse ut de divinis rebus inquisitionem disputationemque instituat, minime vero hominibus christianis ingenii, litterarum, opum plane expertibus: - Sit ita sane! - (sic fere respondet) - sint nostri, sicut dicis, pauperes, illitterati, imperiti! Quid tu inde? Nonne « omnes homines sine delectu aetatis, sexus, dignitatis, rationis et sensus capaces et habiles procreati? » Scilicet indagare atque perscrutari quae scitu

omnibus maxime sunt necessaria, id non paucis tantum ingenio praestantibus, sed omnibus omnino hominibus demus permittamusque necesse est.

Praeterea, curnam a rebus altioribus investigandis penitus arceantur eiusmodi rudiores? Non ipsos etiam ethnicorum philosophos, antequam fama florenter sapientiae, « plebeios, indoctos, seminudos » fuisse constat inter omnes? Verum enimvero divites si fuissent, aurum profecto magis quam caelum suspexissent. E quibus nullos quidem profert nominatim, at proferre tum illum sane potuisse Socratem, qui patre natus fictore, huius se artem callere nequaquam erubuit (1); tum divinum illum Platонem, qui palaestris primum exercitatus, ex athleticis sudoribus, aut, ut quidam volunt, ex Isthmiis Pythiisque certaminibus ad philosophiam transivit (2).

Denique in controversiis dirimendis non tam disputantium spectandam auctoritatem, quam ipsam argumentorum esse veritatem exquirendam iure arbitratur. Concessit hucusque Caecilio Octavius tales esse revera Christi fideles, quales ille, summa iniuria, fingebat, eo quidem consilio ut isti demonstraret, tametsi humillima eorum esset conditio, nihil inde dedecoris in ipsam esse religionem redundaturum. At vero idem nunc ipse contendit, nonnisi audacissime, ne dicat impudentissime, omnes sine ullo discrimine christianos imi subselli hominibus connumerari. Haud sane ideo « de ultima plebe » exsurrexisse sunt dicendi, quod nihil « honores atque purpuræ » pendant recusentque constanter. Meminerit vero Christi fidem ab incautulis non tuguria modo et pagos, sed palatia quoque et urbes invasisse.

Nec iam Caecilius testimonio glorietur Socratis haec iactare soliti: « Quod supra nos, nihil ad nos! » Quomodo huic occurrat Octavius audias velim. Quaerit quis iste sit Socrates, eius effatis tanquam divinis oraculis acquiescat; nam ceteris philosophis vulgo est praehabitus « non quod omnia comperisset, sed quod nihil se scire didicisset ». Atque idem etiam Tullio videbatur, quo quidem teste, Socrates avocatam a rebus altioribus et occultioribus philosophiam ad vitam communem adduxit, ut de virtutibus tantum vitiosque quaereret, « celestia autem, aut procul esse a nostra cogitatione censeret, vel si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene vivendum conferre... Ita disputat ut nihil affirmet ipse, refellat alios; nihil se scire dicat, nisi id ipsum, eoque praestare ceteris, quod illi, quae nesciant, scire putent » (3). Iamvero quae aueroritas est eius, qui ceteros dum refutat, nihil ipse adstruat?

Praeclusa iam voce sceptico, epicureum audacter aggreditur. Huic Providentiam neganti, ac temere fieri omnia hallucinanti, noster ille Octavius libere respondet, eos qui hunc mundum ornatissimum corporeus coagmentatum velint hinc illinc aggregatis, « nec sensus habere nec oculos ». Quid enim tam perspicuum, cum aut in caelum oculos sustuleris, aut in terram deieceris, quam esse aliquod Numen « quo omnis natura moveatur, alatur, gubernetur? » (4). Se-

(1) VAL. MAX. lib III, cap. 4.

(2) Porphyry, cit. a CYRILLO ALEX. lib. VI adversus Julianum.

(3) Lib. I Acad. quaest.

(4) Cap. XVII.

(1) Cfr. an. IV, num XXIV.

quitor vivida naturae primum, deinde animantium descriptio, quam referri utinam ne chartae vetaret angustia! Quod sane argumentum, quo rerum creatarum universitatem intuti in cogitationem mirationemque assurgimus Creatoris, tanta fulget claritate, ut nonnisi cogitate obstinateque caecorum oculos non perstringat. Quid quod? Potuit mundus effici puleherrimus iste ac magnificentissimus atomorum concursione fortuita; exensis autem in terram litteris nullus umquam formari potuit vel libellus? Mundum gignere corpora potuerunt easu conglutinata, at urbem, aut templum, aut domum non possunt? Certe tam stolidi de mundo epicurei delirant, ut an admirabilem umquam caeli ornatum suspiceret, velis nolis, addubibus.

(*Ad proximum numerum.*)

A. SORDET.



SOCIORUM ANIMADVERSIONES

Iacobus Tassetius Hyacintho De Vecchi Pieralice s. d.

VELLEM convector vestri fuisse memorabili illo itinere, quo una cum Forfice commilitonem meum Turonem iueundis colloquiis et capitolina facundia ita cepisti, ut vix provinciarum latinitatem contra urbanam auctoritatem atque sollertia defendere ausus sit. Quippe ego eloquentiae doctrinaeque vestrae fructibus, eadem qua semper alacritate, in illo cursu usus essem, et pauca sub iudicio vestro detulisset. Ego quoque civis romanus dico, equidem merito cum atavi mei Galli Transalpini iure civitatis a Claudio Caesare universi donati sint. De hac quaestione multa memorarem; sed nolo Forfici dare locum.

Vox ergo « ferrovia » minus latina mihi videtur, quod pars nativa ferri, quae eum via copuletur, non ferro sed ferri est (sic « ferrieripinus, ferrifodina »); hac lege nonne « ferrivia » diceretur? Sed voces compositae ex « via » neutrius generis sunt: nonne dicendum sit « ferrivium », sicut « quadrivium »? Eius autem generis viae non ferro iam sternuntur, sed chalybe, et earum continuae potius orbitae apparent, quam meri axes. Via ferrea est striatum chalybeis orbitis iter, quod satis indicet vox « orbitae » plurali numero.

Vehiculum ipsum, quod in orbitis machinatione agitur, eur non dicam « curruum agmen », cum sint apud Vergilium « agmina cervorum, agmina caudae », apud Statium « terma agmina dentis adunca », atque ideo una voce agmen sit cursus et series? Verbum « vaporitraha » non magis elegans est quam res ipsa. Cicero Poeninos « foedifragos » voeat, non « foederifragos »: nonne ergo dicenda sit « vapitraha », ad instar vapidi, quod est pro « vaporido »? Et forsitan apud poetas inveniatur vapivehis, vapivagus sicut remivagus.

Haec autem ignea vectio est toleranda magis pro tempore quam perpetuo adoptanda. Ipsa primigenii homines ad preferendam in omnes terras culturam usi sunt. Mox dereliquerent. Quid enim aliud significaret memoria Triptolemi angibus volueribus veeti? Quid mexicanus Triptolemus Quetsaqualtus, cuius nomina variis Americanorum linguis eundem sensum reddunt, sci-

lieet anguis pennati? Ea vero est serpens sinuoso ductu, celeritate volueris. Sed munus eum perfecerit, absumpta sua utilitate, peribit, ne offendantur meliora saecula duris, subterraneis atque nocturnis fabrum laboribus, tetrisque clibus, occursu vel exorbitatione agminum. Vale.

Molomii prope Tornodurum in Gallia Senonia.

Collega noster H. De Vecchi Pieralice nos certiores fecit se in proximo numero animadversionibus sibi oblatis responsurum. — V.U.

ANNALES

Iaponiorum Anglorumque foedus ictum — Barcinoniae desertiones atque bellum civile — Tergestina et Bruxellensis seditio — Transvaalianae res.

NOVISSIMUS eventus, isque necopinatus omnino Anglorum Iaponiorumque novum foedus illuxit. Maximi quidem ponderis foedus, quo ultimi Orientis res atque negotia insperatam induunt faciem. Animus sociorum prima ipsa documenti verba tradunt, unde eruntur socias nationes pacem in ultimo Oriente firmam voluisse, atque Sinensis pariter imperii incolumitatem, et Coreani regni fines. Assentient his orationes Anglicis ab administris coram populorum legatis habitae, ut foedus declararent, hinc pro Anglicis per Orientis partes negotiis initum, hinc ad confirmando Iaponios contra ausus quibus hostes forte in eorum fines vel in reliquarum Europae gentium colonias vel iura contendenter. Igitur firmato foedere Wei-hai-wei Sinensis portus quem Angli militari manu occupaverant statim deseruere, quippe quibus Iaponii iam portus omnes satis pateant carbonibus rebusque omnibus abundantates, quae terra marique usui fiant.

★

Interea, dum scribimus, flagrat Barcinona eiusque in suburbanis seditio, eaque et magnitudine et gravitate quae tralaticios iam civitatis illius motus longe antecellat. Operarii omnes cuiuscumque laboris aut artis simul ab opere recessere ad quadraginta hominum millia, immanis ferme multitudo, quae vias urbis et plateas seditione complet, nundinas vastat, pistoria atque cauponas praedatur. Modo sacris domibus templis heic vel illie ignem immittere etiam pertentarunt, ita ut frequentes cum militibus ad velitationes factae sint cum clade saepe et sanguine. Milites enim late urbem compleant, armata manu tuentur; iamque status liberae civitatis suspenditur.

★

Similis huius fuit prope Tergestina operariorum seditio, vix manu militari sedata; fuit quoque, lieet longe laevior, Bruxellensis, quam supremis Bacchanalium diebus cives viderunt. Heic coacta ingens popularium turba minax circumivit ut pro lege obtestaretur novissime ferenda de suffragio ad populares eligendos legatos singulis civibus concedendo.

★

Eequid novi ex ultima Africa? Christianus Dewet ab hostium undique circumdantium manu iterum novissime effugit! Videtur immo fallaciam illam celeberrimam expertus esse, quam

Hannibal in Fabium eunctatorem adhibuit: immisso enim boum agmine densissimo in Anglorum acies, hae disiectae sunt, aperientes effugientibus viam. Bellum itaque infinito labore idem semper perseverat.

POPPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS

IN Austria vehemens disceptatio coram municipibus agitata de recenti Tergestina seditione. De Koerber, summi consili praeses, obiungantibus legatis abunde respondit: electa denique oratorum manus, qui de Tergeste restituenda civilibus magistratibus atque de militaribus praefectis revocandis, providerent.

In Costarica republica novus praeses, qui Raphaeli Iglesias in munus succederet, Esquiel suffragii electus.

In Gallia de tribunorum summis collegiis qui bellicis rebus terra marique praesunt dividendis obligata rogatio, ut eorum pars altera quae sunt imperii atque gerendae rei administret, altera quae bello parando tantum spectant caveat.

In Italia nova legislatorum sessio inchoata est. Rex in oratione quam habuit confirmavit tutu cum omnibus in pace Italos vivere, commemoravit belli Sinensis exitum virtutemque Italorum militum, dixit administratorum collegium leges propositurum ad mentis et manus operarios invandos, et ad ius familiare parumper submutandum. Constat in his divortii facultatem, quamquam intra terminos angustos cohercendam, comprehendendi, indeque Giusso, publicis operibus praepositorum, munere sese abdicasse.

SCRIBA.

AENIGMATA

I.

Sum verbum? Virgo suffusa rubore pudico
Audit me, sponsi fit subitoque memor.
Sum nomen? Caelum densa caligine velo
Pernicemque tibi, navita, saepe minor!

II.

Suleo me mandat, mollivit ut aura Favoni
Tellurem rigidam, strenuus agricola.
Verte meum nomen: verso pronomen et adde:
Quae sonentes urget, nascitur ecce dea.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratia accipiet opus, cui titulus:

RAPH. ELISEI
QUAESTIONES PROPERTYNAE.

Enigmata an. V, n. I proposita his respondent:
1) Omen-Nemo; 2) Is-is.

Ea rite soluta miserint:

Th. Vignas Sch. Piar.; Quint. Mirti Della Valle, Roma. — Fr. Prikyr, Katzelsdorf. — P. G. Z., Modoetia. — Guil. Schenz, Ratibona. — D. Le Provost, Briocen. — Fr. Sallarés Sch. Piar., Sabadello. — Caiet. Valenza; Nic. Costantino, Cephautio. — Alois. Rossi, Arona. — Princ. Gordon, Mancunio. — C. Tranchese S. L., Neapoli. — St. Figieliski, Rypino. — Ant. Alaria, Augusta Parinorum. — Coll. Schol. Piar. Stellae. — Ver. Cariolato, Vicentia. — Am. Robert, Marieville. — Ad. Skrzypkowski, Steinice. — Ios. Wabner, Varsavia. — Ioan. Cantono Ceva marchio, Vercellis. — Th. Walli, Staravies. — Bern. Alcón Sch. Piar., Utiel. — A. Meseck, Travnik. — Ern. Fré, Vercellis. — Ant. Lassota, Mandela. — Ioannes Mediolanensis. — C. Perazzi S. L., Mengatore in Indis. — A. Capelli, Senis. — V. Hertel, Mendhusio. — Ad. Huza, Grybovia. Sortitus est praemium

ANT. ALARIA,
ad quem missa sunt PETRI ANGELINI

CARMINA AD LEONEM PP. XIII.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Paeis Phil. Cuggiani.

orem adhibuit: im-
densissimo in An-
sunt, aperientes
itaque infinito la-
t.

POPLICOLA.

EM COETUS
NDIS

o coram municipibus
ditione. De Koerber,
ibus legatis abunde
um manus, qui de
gistratibus atque de
providerent.
us praeses, qui Ra-
et, Esquizel suffra-

mmis collegiis qui
sunt dividendis ob-
qua sunt imperii
tera quae bello pa-

sessio inchoata est.
firmavit tuta cum
commemoravit belli
orum militum, dixit
posituram ad men-
t ad ius familiare
in his divortii fa-
os angustos coher-
esso, publicis ope-
dicasse.

SCRIBA.

A
abore pudico
ue memor.
aligine velo
nepe minor!

aura Favoni
agricola.
nomen et adde:
cece dea.
FR. PALATA.
nigmatis inter-
moderatorem
unus, sortitus,
culus:

ANAE.

is respondent:
sis.

lla Valle, Roma.—
ta.—Guil. Schenz.
Fr. Sallarés Sch.
Costantino, Ceph-
ardon, Manenio.—
ki, Rupino.—Ant.
chol, Pian, Stellae.
Marieville.—Ad.
Varsavia.—Ioan-
vall; Starawies.—
Travnik.—Em.
—Ioannes Medio-
Indis.—A. Cap.
Huza, Grybovia.

XIII.
iurisperitus.
Cuggiani.

CONSTANTINI PISONI CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM EXCELLENS, PRAEMIIS INSIGNE


ab anno MDCCCHI constitutum

Romae in Italia, Corso Vittorio Emanuele 127-129 et Via de' Sediari 1, 2, 3.

Vaticanan Basili-
cam instruit, quoties
de Beatificatione aut
Canonizatione so-
lemne sit.

Clientes frequen-
tissimi sunt in Urbe,
in Italia et apud ex-
teras gentes.

Fama
undique manavit.



Cereas faculas ad
noctem conficit, eas-
que ad decem usque
ac duodecim horas
diurnas, Ecclesiis
ac familiis necessa-
rias, quod parsi-
moniam cum salu-
britate et munditie
coniungant.

Vitreas
faculas suppeditat.

OPIFICII PISONI PROSPECTUS
ROMAE, Via Ortì Alibert 13-15 (Lungara).

Res per omnem orbem exportatur nullo iubentium impendio

PER ORBEM

TRISTISSIMA quaeque maximeque lugenda
per iter hodiernum meum Vulcani rabies
patravit. Horrida ferme rabies, qua peior nec
Iovis ira, nec Euri, nec Neptuni interdum tu-
mescit irata mens. Hominesque ipsi cum cur-
runt turmatim ad arma domesticum ut bellum,
fraternaque caedes ut parent, auxilium nullum
validius esse censem flammis, quae tantas valeant horrido in crimine ruinas efficere. Nova
nunc itaque Vulcanicis addita fastis urbs, eius-
que Patterson nomen, atque in Nordica Amer-
ica locus; tristis prefecto locus, ubi scelesto
animo in civitatum rectores caedes et ruinas
nonnquam paratas omnes norunt. Numne ultio-
nitis divinae tempus advenit? Quidquid fuerit,
id satis constat, ignis rabie voratam maximam
domuum partem cecidisse, ut olim Roma Ne-
rone iubente exarsit; ac similiter non ad levanda combustis et ruinis membra, non ad sopitandos vulneratos, non ad sepeliendos mor-
tuos concurrisse undique incolas, sed ut omnia
diriperent, supelleciles, stragula, nummos,
aurea atque argentea vasa, signa ceteraque,
utque ignito furori humanas adderent vires.
Cautum itaque magistratum decreto ut manu
militari quae superessent urbis quaeque circum
in agris ad tempus gubernarentur; iamque per
fumantes vias manipuli militum conspicuntur,
qui infandos diripientium conatus vi armorum
cohibeant.

Neo-Eboraeum autem, dum haec narrantur,
Eagle Pass in loco, carbonifera fodina concur-
titur trahitque in ruinam operarios centum et
amplius suas per foveas errantes. Quid maius
mortis exitium esse poterat?

Fuerunt etiam postremis diebus tetriciae
procellae, turbines, tempestates hinc ad Amer-
icanum litus, inde ad Hispanum. Orientalia
litora Novae Galliae nivalibus procellis pes-
sumantur: muri ex nive immanes vento con-
gesti transversi ponuntur in viis. Disiecti fer-
rearum viarum atque avulsi tramites: urbes,
nive quasi circumvallatae, commerciis et com-
meatis prohibentur. Chanral, Gallica navis,
e Nannetensi portu, Talbot, portum Angli-
cum, petens, medio in itinere vento et undis
iratis corripitur: scaphae ad quas nautae con-
fugunt merguntur omnes, navis undis obruitur.
Sospes unus Legrand, alter a navis praefecto,
integra die aequore iactatus a Victoria, Anglia
nave sibi occurrente, tandem colligitur.

Iam, quoniam in castris versamur, nonne
cum Anglis mortem commemoremus Drummerii
illius tympanistae canis strenuissimi, qui mox
multa senecta obiit? Fuit quidem fidelissima
bellua Ray tribuni sectator egregius in Aegy-
ptio bello primum, atque circa Ondurmann
urbem. Quam cum Angli caperent, ipse, sibi-
lantibus missilibus laetus huc illuc, ut glandes
volantes corriperet, discurrebat. Deinde in
Transvaal transvectus ad Kymberley, ad Mag-
gersfontein, ad Nymberg pugnis interfuit, quo
supremo in proelio vulnus in scapula accepit.
Iure itaque donatus et ipse fuerat argenteis
numismatibus, quae essent memoria rerum in
australi Africa gestarum, eoque magis, ut puto,
quod inter pugnantes unus prefecto exstiterit,
qui de iustitia suscepti illius belli numquam
dubitaverit.

VIATOR.

EPISTOLARUM COMMERCII

Cl. v. ALIOISIO RAI..., Bergomi - De libris,
quae a nobis petiisti, quamprimum potero
ad te scribam singillatim.

Cl. v. JOSEPHO WAB..., Varsaviae - De tua
erga nos benevolentia gratias amplissimas
referimus et habemus. Quid autem circa
vos et vestra dicere possumus, rerum et
locorum notitiis indigentes? Tu scribas:
nos tibi morem gerere conabimur.

Cl. v. PETRO R..., Possagno - Phaedri fa-
bulas, quas requiris, edid. Neapoli officina
Michaelis D'Auria.

Cl. v. MARCO B..., Portu Romatino - Pro
mea parte tibi satisfeci.

A SECRETIS.

Sunt Americani pariter miseri eventus, quos
Saint Louis ad urbem lugeri audimus. Vehe-
mens incendium in officina tentoriis texendis
flagravit: ruunt muri et opifices nonnullos ip-
sosque vigiles, qui accurrerant, opprimunt. Ad

Verum summum frigoris infortunium Iaponii
milites experti sunt, qui coacta cohorte Si-
monosaki ex urbe ad exercitationes per mon-
tes profecti nivali procella extemplo circum-
dantur: percussi in vultus, factis circum
tenebris, aberrant a recta via; nulla est redeundi potestas: membra rigent, fame langue-
scunt corpora, rogi armis aluntur ad calefa-
ciendos artus; at paulatim aliis post alium
miseri homines pereunt. Contubernales, undique
ad quaerendos errantes profecti, viginti vix
invenere superstites; cadavera contra quadra-
ginta, eaque inter Kam-Iueki tribunum, quem
sui milites propriis sagis tunicsisque, ut vivum
servarent, frustra cooperuerant.

SOCIIS COMMENTARI "VOX URBIS", PRAEMIA CONSTITUTA IN AN. MCMII




«Pallas Minerva». — ALEXANDRI PHILIPPEPI (v. Botticelli) tabulam hanc «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) Fr. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. M CMII (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



«Madonnina» RUPERTI FERRUZZI tabula, quam «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) Fr. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. M CMII. (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



«Maria Puerum Iesum adorans» — PHILIPPI LIPPI tabulam hanc «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) Fr. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. M CMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).



«Maria Virgo Infantulum suum adorans» ANTONII ALLEGRI (vulgo il Correggio) tabulam hanc «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) Fr. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis socii dono largitur in an. M CMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).